

¶ POST REMINISCERE 385

non super duos populos, sed super iustos & peccatores. Publicani enim & peccatores, qui primum mandata dei respuerunt, postea prædicare Johanne eum acceperunt, & baptismō illius sunt mundati. At contrascribæ & pharisæi, qui de falsa iustitia sibi applaudebant, dum baptismū Iohannis percipere despixerunt, inobedientes diuinorū preceptorum extiterūt. Unde & dñs in conclusione istius parabolę subiūxit: **Quia publicani & meretrices præcedēt vos in regno dei.** Regnum dei possumus intelligere sacram scripturam, iuxta quod alibi dicit: **Auferetur à uobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructus eius.** Matth. 23 Ad hoc regnum dei publicani & meretrices, id est, geniles praecesserunt Iudeos.

¶ FERIA QVARTA

Post Reminiscere. Matthæi XX.

¶ In illo tempore: Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascēdimus Hierosolymam. Et reliqua.

¶ Rebro dñs iā superiorius passionē suam prædixērat, & tēpus & locum & modū etiā suæ passionis. Quid ergo est quod iterū repetit? Sed quia multa interlocutus fuerat, & poterat memoria suæ passionis à mentibus discipulorum suorū elabi, ideo repetit saepius de cōtumelia passionis suæ, ut & paraet animas illorum ad tentationē, ut uenientes Hierosolymam, tanto minus terrent, quāo saepius id à dño prædictum esse meminissent. **Et accessit ad**

cum mater filiorum Zebedæi cū filijs suis
 adorans & petens aliquid ab eo. Mater filiorū
 Zebedæi, mater terrena fuit saluatoris, mater uidelicet
 Iacobi & Iohannis. Quid autem pertinuit ad hanc mulierem
 ut cum audierat a domino contumeliam & poenam passio-
 nis, ab illo gloriæ & dignitatē peteret filijs suis: Nihil
 enim prædixerat de gloria regni, sed solūmodo de sup-
 plicio passionis. Sed forsitan incitata est ad petendā
 dignitatem filiis suis, quia intellexerat sermonem domini,
 quē dixit, quod post tertia die resurrecturus esset. Puta-
 bat enim iuxta Iudeorum fabulam, quod dominus post resur-
 rectionem suam per mille annos esset regnatus in ter-
 ra corporaliter, & dignitatem terrenam suis electis esset
 distributurus. Hec ergo seruore muliebri incitata ad
 dominum accessit, ut post resurrectionem suā daret filiis suis
 priātem sedēdi, unū à dextris, & alterū à sinistris. Re-
 spondens autem Jesus, dicit: Nescitis quid
 peratis. Mater quidem petierat, sed dominus discipulos in-
 crepauit, quia intellexit per potentiam suę diuinitatis peti-
 tiōem, quam mater ei attulerat, ex sua fatione filiorū de-
 scendisse. Et nihil mirum est, si dominus his duobus discipu-
 lis dicar, [Nescitis quid peratis,] cū de Petro apostolo
 euāgelistā dicat, quia nesciebat quid diceret. Nō te sis
 bibere calicem quem ego bibiturus sum: Ca-
 licis noīe & baptisimi, sicut alius euāgelistā ponit,
 passionē designat. Vnde per Psalmistā dicit: Quid retrici-
 buam domino pro omnibus quod retribuit mihi? Calice salu-
 taris accipiā. Et mox subiunxit quod esset calix salutaris,
 dicens: Preciosa in conspectu domini mors sanctorū eius.
 Baptismo etiā plerūque passio designatur, sicut
 dominus dicit: Baptismate habeo baptizari, i.e. passionē ha-
 beo sustinere. Interrogat ergo dominus, si possent calicem

bibere, quē ipse bibritus erat. i. si eandē passionem possent ferre, quā ipse passurus erat pro illis. In quibus uerbis aperte ostendit, quia prius sustinet suppliū, ac deinde peruenitur ad regnum. Calicem qui dem meum bibetis. i. passionem meam sustinebitis. Quod querendum est, quomodo intelligatur. De Iacobo uero q̄ ipse dñi calicem biberit, nulla dubitatio est, quia ab Herode capite trucidatus est. De Iohanne uero dubiū est, cum ipse per martyrij pœnā uitam hanc non finierit. Sed ipse licet per effusionē sanguinis de hoc seculo non transferit, tamen calicē ipse salvatoris bibit. Quia ipse à Domitiano imp̄issimo imperatore in feruentis olei dolium missus, & uenenum ante principem bibit, & illæsus permanuit, nec non etiam cū reliquis apostolis flagellatus legit. Et licet per pœnā & effusionē sanguinis uitam nō traherit, tamen calicē passionis bibit, quia animus & uoluntas illius ad passionē perferendā semper paratus fuit. Hedere autē ad dexterā mēā siue ad sinistrā, nō est meū dare uobis. Cōsiderādum qđ dicir. [nō est meū dare uobis] Vobis uidelicet superbis & cupidis uanæ gloriæ. Et est sensus. Regnū dei nō est datis, sed accipiētis. Non em̄ possunt accipere regnū deitales, quales uos estis, sed quales uos cē debetis. [Non est meū dare uobis]. i. superbis & elatis. Esto te ergo uos primū humiles, & sic ad dignitatē regni gueuetis. Præparate uos tales, ut sitis apti regno cælorū. Volunt aut̄ quidā doctores, concessum esse his discipulis quod petierant, ut unus sederet ad dextrā dñi, & alter etiā ad sinistrā. Cum em̄ Iacobus per decollationem martyrij cælestia regna penetrauit, q̄si ad dexterā domini sedit. Quia Iohānes euangelista

per multum tempus ultra cæteros apostolos ad annos pluviuos perdurauit, quasi ad sinistram illius se-
dit. Per sinistram enim præsens uita designatur, p de-
xteram autem cælestis beatitudo significatur, sicut in Cä-
ticis canticoz dicit: Læua eius sub capite meo, & de-
Can. 2. xtera illius amplexabitur me. Sed quibus para-
Matth. 11. tum est a patre meo. Humilibus uidelicet & mu-
bus, audiētibus me dicentē: Discite à me, quia mis-
sum & humili corde. Et audientes decem, indi-
gnatisunt de duobus fratribus. Et illi carnali-
ter petierūt, & isti carnaliter indignati sunt. Et tamē
apostoli non contra matrē indignantur, quæ filiorū
petitionē attulit, sed contra filios: qd intellexerūt istā
petitionē ex uoluntate filioz processisse. Dñs autem
misit & humili, nec matrem arguit cupiditatis, nec
apostolos arguit inuidiae & liuoris, sed utrisq; propo-
nūt exemplū humilitatis, dicens illū potius maiorē es-
se in regno cælorū, quicunq; se inferiorem p̄buerit ob-
sequio. Scitis quia principes gentium domi-
nantur eoz, & qui maiores sunt, potestate cr-
ercent inter illos. Proponit dñs exemplū de gen-
tibus, quare principes exercēt potestatē inter eos. Et
illo proposito, subiunxit: Non ita erit inter vos,
id ē, nō similiter contēderis de principatu & gloria,
sicut gētes. Sicut non venit filius hominis mi-
nistrari, sed ministrare. Hoc est, nō uenit filius ho-
minis ut in hoc mundo honores & dignitates quare-
ret, sed ut ip̄e potius alijs ministraret. Proponit dñs
semetipsum in exemplū humilitatis. Quid ministravit
dñs apostolis suis? Victum & uestimentum, & cæ-
tra necessaria corporis, er predicationē uerbi diuinī, et
ad ultimum intantum se humiliauit, ut crucē & passi-

onem pro eis subiret, hoc etiam & nobis ministrauit.
Vnde & dñs dicit: **Et dare animam suam redēptionem pro multis.** Non dixit pro omnibus, sed pro multis, quia uidelicet dominus pro omni genere humano licet crucem subiret, his dūraxat eius passio profuit, qui eodem spiritu renatis sunt ad uitam, quo ille conceptus est in utero matris.

FERIA Q VINTA

post Reminiscere. Iohannis V.

In illo tempore Dixit Iesus turbis Iudeorū: Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio iudico. Et rel.



Fortasse ideo dixit, non possum à meipso facere quicquam, quia si dixisset, à meipso non sum, sed à patre. Pater enim à nullo alio est, filius autem à patre ē. Ideo dixit, [sic] a dio, iudico, quia unū opus est patris & filij & spiritus sancti. Sicut audit iudicat. Audiet uidelicet per unitatem substantiæ & proprie-
tatem scientiæ. Non iudicat à semetipso, quia non est a se metipso. Pater quippe solus de alio non est, filius à patre genitus est, ut diximus. Ab ipso enim audi-
dit filius, à quo genitus est, quia non est à seipso, sed ab alio à quo genitus est. A quo illi est intelligentia, ab illo utiqz & scientia. Ab illo igitur audientia, quae ni-